



Crisis Theologica

In Qva Selectiores, Et Aciores hujus, et elapsi sæculi controversiæ,
subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Crisis Theologica - In Qva Selectiores, Et Aciores hujus, et elapsi sæculi
controversiæ, subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Casnedi, Carlo Antonio

Ulyssipone, 1712

Do Paço. Censvra.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-84796](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-84796)

Do Paço.

CENSURA.

DE mandato Maiestatis Vestre perpendi censoria lance Crisis Theologicæ Tomum tertium summa quidem opera, & studio elaboratum à R. P. Carolo Antonio Casnedi Societate Jesu, publico olim, & omnium plausu receptissimo in Mediolanensi Academia Sacrosanctæ Theologiæ Professore, & in causis Fidei tam ab Hispana, quam Lusitana Inquisitione Censore constituto, Duplicem in hoc opere, (quod seu Cedrus meritis linat, seu servet Cupressus) consciencie nodi Gordium sanè, sed dissolutum ad Macedonis invidiam novus exponit Alexander. Illu-ferit ille, aut impleverit oraculum, cum hinc inde implicitos, & in semetipsum currentes nodos resciderit, hic certè dum ingenij acumine consciencie nodum mirifice dirumpit, & suæ famæ implet mensuram, & feliciter auget heroum numerum, qui sapientiæ oracula jure optimo nuncupantur. Nullus jam hominibus in conscientia timendus labyrinthus, cum illis in hoc duplici nodo fila exhibeatur, ut Theleo longè feliciores neutiquam possint aberrare, at proculdubio hauriant certitudinem: nec mirum ferri nequeant in incertum, quandoquidem Cælestis illa Ariadne, Deipara, in qua, amabilissima praxi sanè perfectissima, quia sua, ipsum jam enode ministrat filum. Felices profecto nodi, ut qui, cum dissolvuntur, in catenas commutantur verè aureas, quibus non Galliæ, sed Italiæ juratissimus Alcides mortalium animos sibi blandè devinciet, & (quod mihi contigit perlegenti) mira quadam arripit suavitate: id jam olim Mediolanense Athenarum felicissimè expertum est, cum Sacrosanctæ Theologiæ auditores, seu dictaret Carolus, seu exponeret, aliò mentes, vel si voluissent, minimè possent detorquere, tanta illi dulcedo inerat indicendo, ut universum, qua latè patet, Mediolanum antiquissimi pariter, & sanctissimi sui Archiepiscopi non oblitum, heroem planè Ambrosium reviviscere crederet in Carolo. Quæ cum ita sint, sui planè ingenij fortunæ, imò nostræ, injurius quodammodo esset Author litteratissimus, si egregium mentis partum, seu potius jubar, si lentij tenebris involveret lucem numquam visurum. Prodeat ergo apprimè politum, ac verè enodatum opus non ungue notandum præ invidia, sed omnium præ admiratione digito commonstrandum, in quo, si ab orthodoxa Fide, ac bonis moribus aliquid abhorrens, & Regiis decretis minimè consonum animus sit indagare, idem pariter erit ac nodum (quod aiunt) in scirpo querere. Ita sentio, ita judico, Ulyssipone in Conventu S. Eligij die 6 Augusti anno 1711.

Franciscus à Divo Bernardo.

Que se possa imprimir, vistas as licenças do S. Officio, & Ordinário, & depois de impresso tornará à Mesa para se taxar, & conferir, & sem isso não correrá. Lisboa 12 de Agosto de 1711.

Lacerda.
Pereyra.

Carneyro.
Galvão.

Costa.

Andrade.

Botelho.